

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

CIII. An vitia sint conjuncta necessarie?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

C III.

An virtia sint conjuncta necessariè?

Negatur.

Et si peccatum non soleat esse unum & simplex, sed cum eo alia cōjuncta, quod peccatum nostrorum primorum parentum luculenter ostendit: tamen peccata non sunt ita inter se cōnexa, ut ubi est unum, omnia simul inveniantur. Nam ne quidem virtutes philosophicae (nihil enim nunc de sanctis viris, qui sacro virtutum choro egregiè stipati fuerant) prorsus conjunctæ sunt. Et si enī absq; prudentia reliquæ virtutes existere non possunt (cum earum unaquæque sit habitus secundū rectam rationē, & rationis rectitudo in prudentia consistat) tamen ornati omnibus virtutibus in hac naturæ corruptione esse sō possumus. Addo, quod sāpe fit, ut unum vitium pellat alterum: ut ambitio avaritiam, avaritiam ebrietatem: præterea cūm omni virtuti repugnent duo virtia, qui uno laborat, non contaminatur altero, exempli causa, nemo id est simul audax & timidus. Non igitur necesse est virtia inter se esse connexa conjunctaque. Sed huic assertioni opponi potest locus Apostoli Jacobi, qui in uno offendit, factus est omnium reus. Unum igitur vitium admissum omnia alia secum trahit. Hic verè responderet, semper illam Apostoli intelligendam de Caritate, que per

Object.

Sol.

per quodlibet peccatum violatur: hac sublata omnia erumpunt vitia. Qui labitur in aliquod peccatum contra Deum vel proximum, statim arguitur reus violator caritatis: quæ $\tau\lambda\alpha$ summa & plenitudo legis est.

CIV.

An recte fecerit Cicero, quod à vita politica transferre ad vitam Theoreticam: an exclusus à Repub. ad philosophiam recte esse contulerit?

*Affirmatur, quod ita plus profuerit otiosus, quam
occupatus.*

Cum de rebus omnibus, tum de aliorum Exordium factis & consiliis non raro varia sunt hominum. ab aliis laudetur, ut eadem ab aliis laudetur, ab aliis reprehendantur: laudatur ab his Cicero, quod à Republica ad scribendi operas se contulit: ab illis contra reprehenditur. Quid mirum? cum multis artibus nulli viri magni existent, qui suos annulos non inventarint. *Propositio.* Tantum vero abest, ut reprehendendum eum hoc nomine existimem, ut non minus quam Herculem illum in Deorum immortalium numero collocandum pronuntiem. *Confirmatio ab effectis per collationem à minore & concessionem.* Nam si æqui velimus esse judices, agnoscamus oportet. Ciceronē multo plus otiosum, quam occupatum, publicisq;

Gg 5

ne-